



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio quinta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](#)

**Magistri Durandi de**  
remedium est melius, quod est perfectius, & leuius, sed re-  
spectu mali pœna baptismus fluminis est perfectius reme-  
dium quam baptismus fluminis, est etiam leuius quam mar-  
tyrium, ut patet ex iam dictis, ergo &c.

10 **Quantum ad liberationem à malo sequela pœna**  
let martyrium ceteris duobus, quia post baptismum aquæ  
& penitentia possibile est recidivæ. Sed post martyrium  
non, sed hoc est per accidens, quatenus martyrium facit  
exire de hoc mundo. Si autem compararentur quantitas ad col-  
lationem boni, sic simpliciter dicendum quod martyrium  
alii duobus præminet. Quod patet sic, illud præminet  
in collatione boni, in quo confortur abundantius gratia,  
quaæ est principium meriti, & in quo clarius relucet opus  
maioris meriti, & quod perducit celerius ad donum maio-  
ris premii, sed ista sunt in martyrio respectu aliorum duo  
rum, ergo &c. Minor probatur, quia in martyrio datur  
abundantior gratia, quam in baptismino vel penitentia, si  
martyr eam non habebat, vel augetur amplius si cam-  
pius habebat. Alioquin Deus deficeret in necessariis, quæ  
major gratia fit necessaria ad difficiliorem actum. Gracia  
autem & charitas commenatur, quum sint idem, vel  
inseparabiliter concomitant se. Ad martyrium autem  
requiritur maxima charitas, dicere Domino Ioan. 15. Ma-  
jorem hanc dilectionem nemo habet, &c. ergo requiritur  
major gratia, relucet etiam in eo opus maioris meriti.  
Tum quia de eis est difficultas, quia timor terribilis, vt.  
Ethic. tum quia procedit ex maiori charitate, vt sta-  
tim allegatum est, perducit etiam celerius ad donum ma-  
ioris premii, quia per martyrium homo statim euolat,  
non sic autem per baptismum & penitentiam: baptizati  
etiam & penitentes recipiunt solum premium essentiale  
quod dicitur aurea. Martyr vero premium essentiale &  
accidentale, quod dicitur aureola, quare &c. & sic patet  
secundum.

11 **Ex his patet tertium, quod principaliter queritur,**  
scilicet qualiter baptismus fluminis & sanguinis supplet  
vicem baptismi aquæ: quia in illo solo supplet vicem bap-  
tismi fluminis, qui est verus & simpliciter baptismus, in  
quo rationem & nomen baptismi participant. sed baptis-  
mus fluminis & sanguinis non participant nomen & ra-  
tionem baptismi in quantum baptismus est sacramentum,  
sed in quantum habet similem effectum in ablutione cul-  
pæ, & in dimissione pœnae simpliciter vel in parte, vt di-  
ctum fuit, ergo non supplet vicem baptismi quantum ad  
aliquid sacramentale, sed solum quo ad effectus prædictos:  
& quia baptismus est sacramentum necessitatis, vel habeatur  
in voto quo ad omnes, & vt suscipiat in actu quanto  
articulus necessitatis suscepientem non impedit, ideo  
iustificatus baptismus fluminis adhuc tenetur baptizari  
baptismo fluminis, non propter remedium quo non indi-  
get, sed propter præceptum divinum, & vt suppletur in  
eo quod sacramentale est & exterior, & in ritu baptismi,  
& interior in collatione characteris, baptismus enim in-  
stitutus est non solum in remedium persona contra cul-  
pam, sed etiam propter virilitatem publicam distinctionis  
& conformitatem membrorum ecclesie. Vnde Ioannes ba-  
ptista quāmis fanfus, dixit Christo Mat. 3. Ego te de-  
beo baptizari. & Cornelio iam iustificato dicit angelus  
Act. 10. de Petri qui eum debebat baptizare, hic dicit tibi  
quid te oporteat facere.

12 **Per hoc patet responsio ad primum argumentum.**

13 **Ad secundum dicendum quod baptismus fluminis**  
non habet locum in parvulis, sed tantum in adultis, plus  
enim valer adulto fides propria quam puer fides aliena:  
vnicuique enim potest valere fides sua per modum meriti  
saltem de congruo, sed fides aliena nunquam sine aliquo  
signo exteriori quod est sacramentum ut nunc est bap-  
tismus, & in lege vereri circuncisio, vel haberet quasi vim  
sacramenti, vt ante legem aliquam exterior protelatio que  
saltem declarabat facientem agere in fide ecclesia, vt dis-  
cendum fuit prius distinctione prima quam ageretur de re,  
medio parvulorum.

14 **Ad tertium dicendum quod martyrium non solum**  
habet efficaciam à charitate patræ, licet illa requiratur  
secundum quod dicit apostolus, sed ex causa patiendi, &  
ex conformitate ad passionem Christi propter quæ vis-

**Sancto Porciano**  
tus passionis Christi æquè plenè vel plenius communica-  
tur in martyrio, sicut in baptismo.

**Sententia huius distinctionis. V.**  
in generali & speciali.

**P**ost hoc sciendum est. Superius determinauit Magis-  
ter de baptismo secundum se, & per comparationem  
ad suscipientes, hic determinat de eodem per comparatio-  
nem ad ministros coferentes. Et dividitur in duas partes.  
Quia primo determinat de ministris. Secundum de viu &  
solemnitate, distin. 4. Nunc quibus licet baptizare. Prima  
diuiditur in tres. Primo enim ostendit quod posset à bo-  
nis & à malis dari baptismus. Secundo asfigat ratione,  
Tertio mouet dubium circa potestatem ministrorum, &  
soluit. Secunda ibi, quia ministerium tamen habent. Ter-  
tia ibi, hic queritur quæ sit potestas. Hæc est sententia &  
diuisio lectionis in generali.

15 **IN** speciali autem sic procedit. Et proponit primò  
quod baptismus à bonis & malis ministris dari potest, &  
æquè datur ab utrisque. Non enim peior baptismus datur à  
malo quam à bono, nec melior à bono quam à malo, nec  
maius, nec minus, sed æquale munus datur in baptismo,  
& à bono & à malo, quia nō est hominis munus, sed Dei;  
& id pluribus autoritatibus confirmatur. Potest dicit qd  
huius ratio est, quia baptismus non est eorum, sed  
Christi. Christi enim in baptizando ministerium tamen  
habent potestatem autem Christus reuinuit, vnde non di-  
citur baptismus Petri vel Pauli, sed Christi: potest tamen  
potestatem baptizandi dare hominibus, sed noluit ne tot  
essent baptizati quot homines, & ne homo in hominibus pote-  
neret, quod autoritatibus confirmat. Ultimò querit  
que sit illa potestas quæ Christus poruit dare hominibus  
& non dedit. Et respondet Magister secundum quodam  
quod potestas dimitit peccata. Contra quod obicitur  
quod potestas quæ deus dimitit peccatum est idem quod  
Deus, ergo non poruit creatura dare hanc potestatem.  
Item si potestas dimitit peccata potuit & potest com-  
municari creatura, ergo & potestas creandi. Et respondet  
Magister ad prius quod potestas dimitit peccata, quia  
creatura potest dari, est potestas cuiusdam coope-  
rationis, vt sicut creatura cooperatur Deo in exteriori  
mundatione per modum ministerii, ita potest cooperari  
in interiori. Ad secundum respondet quod potestatem  
creandi potest creatura communicare non ita quod est  
per autoritatem, sed per ministerium, quæ tamen opinio  
à modernis non tenuerit. Et in hoc terminatur sententia  
lectionis, &c.

**Q Y A S T I O . P R I M A .**  
Vtrum à malis ministris possit conferri  
verus baptismus.  
Tho. 3. q. 64. ar. 5. C. q. 82. art. 9.

**C**irca distinctionem istam primò queritur de minis-  
tris baptismi. Et secundò de potestate Christi bap-  
tismum institutum. Quantum ad primum, primò querit  
sunt utrum à malis ministris possit conferri verus baptis-  
mus, & secundò utrum peccant baptizando. Ad primum  
sic procedit. Et arguit quod à malis ministris nō pos-  
sit conferri verus baptismus, quia sicut ad baptismum requi-  
ritur forma & materia, ita & minister. Sed materia inde-  
bet vel forma evacuat sacramentum, ergo similiter mini-  
ster indebitus, sed minister malus est minister indebitus,  
dicente Augustino. Iustos oportet esse tanti iudicis minis-  
trios, igitur &c.

2 Item membrum aridum non participat actionem  
corporis, sed baptizare est quædam actio corporis mystici,  
ergo malus minister quum sit membrum aridum istam  
actionem exercere non potest.

3 **C O N T R A .** est quod dicit Augustinus in litera  
non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidiam,  
quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: hic est  
qui baptizat.

4 **R E S P O N S I O .** Sciendum est quod disserit homi-  
nem esse bonum hominem bonitate moris, quæ est boni-  
tas simpliciter, de qua communiter loquuntur homines,

& esse bonum artificem, qua est bonitas secundum quid, & cum additione. Aliquis enim est bonus artifex, puta faber, qui non est bonus simpliciter, & econseruo aliquis est bonus homo simpliciter, qui non est bonus faber, sed malus. Haec enim duas bonitatem se habent per accidentem adiunxit, ita quod non licet in his ex diuisis interre coniunctum, vel ex coniunctis diuisum: ut si dicatur, iste est bonus & faber, ergo est bonus faber, vel si dicatur iste est bonus faber, ergo est bonus, & est faber, non sequitur, sed est fallacia accidentis omnino. Sic est de bonitate ministri in quantum est minister, & de bonitate hominis, qua est bonitas simpliciter.

5 Dicendum ergo quod a malo ministro, qui est manus in quantum minister nullum verum sacramentum potest conferri, a malis tamen hominibus simpliciter potest verum sacramentum conferri sicut a bonis. Primum patet sic: nullus est malus minister nisi sit defectuosis in aliquo ad ministerium suum pertinente, sed defectus eorum que requiruntur ad ministerium evanescat sacramentum, ergo a malo ministro non potest conferri verum sacramentum. Maior patet, quia quoniam malum si priuatio & defectus aliquius rei debite, non potest esse malus minister, nisi cui deficit aliquid pertinens ad suum ministerium. Minor probatur, quia ad ministerium cuiuscumque artificis non concordat in generali nisi tria ex parte ministri, scilicet scire, velle, seu intendere, & posse, ergo non est malus minister, nisi qui est defectuosis in aliquo iorum, sed quoconque istorum deficiente nullum est sacramentum, quia si omni non nescit baptizare, aut non intendit, aut non potest proferre verba, quia mutus, aut immergere, quia mancus, nihil fit, ergo a malo ministro qui est malus in quantum minister, non potest conferri baptismus, nec aliquod sacramentum, hoc autem intelligendum est quando est malus & defectuosis simpliciter in his que requiruntur de necessitate ad ministerium, quia si sit in talibus defectuosis non simpliciter, sed secundum quid, ut pote quia nescit ita bene, sicut aliud, qui est melior clericis, vel magis expressum, vel non potest ita bene formare verba, quia blesus, vel quia lingua latina ignorans, sicut ille de confite. di. 4. retulerunt qui dicant, baptizo te in nomine patria, &c. Nihilominus est verum sacramentum, quia defectus secundum quid, non tollit effectum simpliciter.

6 Secundum patet, quod a malis hominibus malitia moris potest conferri verus baptismus, primo quia ea que sunt de peripherib[us] ad sacramentum maxime necessitatis debent esse communis & norissima, sed baptismus est sacramentum maxima necessitatis, potissimum quantum ad parvulos, qui non habent aliud remedium sua salutis. Bonitas autem moralis que est per gratiam non est communis & norissima, sed est valde rara & ignorata, ergo non requiritur in ministro baptismi. Secundum quia illud quod consistit in opere operato non vitiat ex demerito operatis, si tamē concurrent quae sunt de necessitate operis, sed omne sacramentum consistit in opere operato, ergo non vitiat ex malitia vel demerito ministri operantis, dummodo concurrent quae sunt de necessitate operis: & hoc est quod dicit Aug. super Ioan. par. 1. Homil. 5. & recitat de cōf. di. 4. ca. ego dico, & nos dicimus omnes, quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros, ut sint ministri iusti si volunt, si autem nolunt esse iusti qui in cathedra Moysi sedent, lecurum me fecit Magister meus, de quo s. dicit Sp. sanctus, hic est qui baptizat. Et idem habetur eadem dict. cap. Romanus pontifex cum pluribus aliis.

7 A D. primum arg. dicendum quod malus homo est debitus minister sacramenti si habeat ea que pertinent ad ministerium quantum ad hoc quod conferit verum sacramentum. Est tamen indebitus quo ad se, quia talis administratio non est ei ad meritum sed potius ad peccatum. Itud tamen non evanescat sacramentum, sicut ex parte materia non evanescat sacramentum propter immunditiam aqua.

8 Ad secundum dicendum quod malus homo est membrum aridum in his que pertinent ad meritum: & ideo non meretur conferre sacramentum: non est tamen membrum aridum in his que pertinent ad ministerium, si concurrent in ipso ea quae sunt de necessitate ministeri: & hoc sufficit ad hoc quod conferat verum sacramentum.

## QVÆSTIO SECUNDA.

Vtrum in malus minister baptizando peccet,  
Tb. 3. q. 64. ar. 6.

A D secundum sic proceditur. Et arguitur quod malus baptizando non peccet. Quia qui contentit peccanti peccat, sed adulterus recipiens baptismum consentit baptizanti, & similiter offerens parvulum, ergo si malus baptizans peccaret, adulterus ab ipso recipiens baptismum, vel offerens parvulum peccaret, sed istud est falsum, ut patet per Aug. in litera, qui dicit: non timeo adulterum, nec homicidiam, &c. Eset autem timendum si recipiens ab eo baptismum peccaret, jgitur &c.

2 Item omnis homo & omnis mulier fidelis potest baptizare, sed actus ita communis non videtur requirere conditionem strictissimam, qua est bonitas vel sanctitas, ergo &c.

3 IN contrarium arguitur, quia peccator ministri trans alia sacramenta peccat, sed baptismus non est minoris dignitatis ceteris sacramentis, ergo peccatores baptizantes peccant.

4 R E S P O N S I O. Circa questionem istam videnda sunt duo. Primum est, vtrum malus baptizando peccet. Secundum est, vtrum recipientes ab eis baptismum peccent.

5 Q U A N T U M ad primum dicitur communiter & malus baptizando ut minister & cum solennitate, peccant. Secundum dicitur quod baptizando in casu necessitatis & absque solennitate, non peccant. Ratio primi est duplex. Prima est, quia irreuerentia sacramentorum videtur esse mortale peccatum, sed malus conferendo sacramentum solenniter irreuerentiam faciunt sacramento, est enim irreuerentia, quoniam vita sanctitatis tractantur ab immundis, &c. Confirmatur hoc per dictum Diony. in ecclesiastica Hierarchia, qui dicit quod immundis sacra symbola & signa sacramentalia tangere nephas est. Secunda est, quia minus malum fuit, ut videtur, ad fa. ve. leg. accedere cum immunditia prohibita a lege, quia accedere ad sacramenta nostra legis cum immunditia conscientiae, sed primum fuit peccatum mortale, ergo & secundum. Minor probatur per illud quod dicitur Leuit. 2. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quae consecrata sunt in quo est immunditia peribit coram domino. Idem dicunt canon. i. qu. 1. cap. remissionem peccatorum, vbi dicitur quod quamvis sacramenta in modum lucis ab immundis contaminari non possint, ipsi tamen perniciose habent quanquam aliis salubriter & utiliter administrarent: & 4. q. cap. per Esaiam, dicitur quod sacramenta obfunt indignos tractantibus, profunt tamen per eos dignè sumentibus. Ratio secundi aspiciatur talis, quia qui baptizat in casu necessitatis & absq[ue] solennitate non baptizat ut minister, sed sicut vetula baptizaret. Et ideo nihil videtur agere indebitum contra ministerium, excusat etiam eum casus necessitatis.

6 Alii dicunt quod in nullo casu potest malus minister baptizare, quin baptizet ut minister, & per consequens peccet, nec excusat ei aliquis casus necessitatis. Quod probatur, quod solus minister facere potest, non potest quis facere nisi ut minister, sed administrare quodcumque sacramentum non potest nisi minister ille tantum, scilicet qui ex ordinatione divina est minister, quia minister, est de necessitate sacramenti, sicut materia & forma, ergo nullus potest ministerare quodcumque sacramentum, nisi ut minister, & ideo quicunque baptizat si est verus baptifimus, oportet quod sit minister veri baptifimi, & baptizet ut minister. Is est non baptizet cum solennitate instituta ab ecclesia. Solennitas enim non dat ei esse ministerum, sed est signum ministerii sui: ex quo probat secundo, quod nullus casus necessitatis excusat eum: dicunt enim, quia casus cuitabilis non est casus necessitatis excusans a peccato, quia non tollit rationem voluntarii, sed talis est casus nostrar, quia si incumbat alicui baptizare puerum morientem, & sibi conscientia alicuius peccati mortalitatis in potestate eius est habere displicientiam de peccato illo, & tunc potest sine scrupulo puerum baptizare, ergo casus talis necessitatis non excusat baptizantem quin peccet, & sine dubio securum est sic facere, sed durum est dicere quod ad hoc teneatur,

### Magistri Durandi de

genereatur, quia talis necessitas & causa virgens potest imminere & baptizant non occurrit memoria cuiuscumque peccati sui, nec vacat ei conscientiam tunc scrutari.

*Tib. 3. q. 82.  
art. 2.*

7 QVANTVM ad secundum scilicet utrum recipiens baptisimum a malis peccent. Dicendum est quod aut minister malus est praecius ab ecclesia sicut haereticus vel excommunicatus, aut non. Si sit praecius, aut parvulus est baptizandus, aut adultus. Si parvulus non peccat, quem non habeat vium liberi arbitrii, sed offeret ipsum peccat in illo casu in quo adulterus peccaret offeringe seipsum. Si autem sit adultus, aut latet eum probabilitate instrumentum esse praecium, tunc non peccat, quia talis ignorantia cum excusat. Si vero non latet eum, tunc peccat mortaliter recipiendo ab eo baptisimum. Cuius ratio est, quia eosdem precepto quo precepit excommunicato vel cuiuscumque ab ecclesia praeciso ne le ingratuit diuinis precipitat cuiuslibet alteri, ne communiceat cum eo in eisdem, sed praecius ingerenda se ad administrationem diuinorum peccat mortaliter, faciens contra preceptum ecclesiae, ergo recipiens ab eo sacramentum peccat faciendo contra idem preceptum. & hoc est intelligendum nisi in casu extreme necessitatis, qui non potest ab ecclesia prohiberi, in quo casu quisque potest recipere baptisimum a quocunque Paganis, Iudeo vel haeretico.

8 Si autem minister non est praecius, sed est tantum peccator non peccat recipiens ab eo baptisimum, quia si alio modo peccaret, hoc non esset nisi quia videtur inducere ad peccandum, petendo ab eo sacramentum quod ille non potest conferre nisi peccando. Sed istud non oportet, quia quin malus minister possit in momento penitente de peccato commiso, probabilitate ignorantiae ab eo qui petit baptizari, illi penitentierit an non, & in talibus semper est melior pars supponenda, quia siue penitentierit siue non, petens baptismum non inducere eum ad peccandum, quam iste solum petat ius suum, & ille si vult potest sine peccato exhibere.

*Tib. 2. 2. q.  
ibid. art. 2.*

9 Si vero minister esset adeo malus, quod nollet eum fine pecunia baptifare, nullo modo pro baptismo esset sibi pecunia danda, quia hoc est simoniacum, & non sunt facienda mala, vt eueniatur bona, vt dicitur Roman. 3. Et in hoc casu si sit adulterus, & non habeat alium qui eum baptizet, sufficit ei fides & contrito ad salutem. Nec debet baptizare seipsum, quia nullum est sacramentum, eo & sicut in generatione corporali aliud est generatio necessaria, & aliud qui generatur: sic in generatione spirituali, quae est baptisimus, aliud oportet esse cum qui generatur, & aliud qui generat. Unde quod dicit Innocentius tertius de quodam Iudeo, qui baptizauerat seipsum, quod si continuo decessisset, ad patrem protinus euolasset: intelligendum est quod hoc fuisse non propter virtutem sacramenti, quod nullum fuit, sed propter fidem & devotionem quam habuit, maximè quia expouexit se periculo mortis, quam inter Iudeos existens seipsum baptizauerit, vt recitatur extra de baptismo, & eius effectu, capitulo debitu.

10 Si autem sit parvulus quem sacerdos non vult baptizare nisi pro pecunia, tunc puer baptizandus est ab offerte si sit necessitas. Alioquin referandus est, quousque inueniatur minister, qui eum gratis baptizet. Si autem sit necessitas, & offensus non habeat aquam, neque consecratam, neque non consecratam nisi emat eam a factore qui eam ratione consecratis vult plus vendere quam valeat: tunc dicendum est quod offensus non debet eam plus emere ratione consecrationis, quia hoc est simoniacum, sed post aquam, vt aqua est (quia talis sufficit ad baptisimum) quantumcumque care emere ratione sue indigentia & necessitas, quia etiam in ceteris rebus augetur pretium propter indigentiam hominum.

11 AD primum arg. dicendum quod consentiens peccanti inquantum peccans est, peccat, baptizans autem non peccat, quia baptizat. (Alioquin omnis baptizans peccat) sed peccat ratione precedentis peccati, in quo perseverans imminicet se sacris actionibus, recipiens autem baptisimum consentiens baptizanti soli inquantum est baptizans & non inquantum est in precedenti peccato perseverans, & ideo non peccat, nisi baptizans esset ab ecclesia praecius, in quo casu peccaret veniendo contra preceptum ecclesiae.

12 Ad secundum dicendum quod actus baptizandi

### Sancto Porciano

quum sit communis omnibus, quatum est de necessitate sacramenti non requirit bonitatem ministri, quin per maiorem posse conferri sacramentum: requirit tamen in ministerio bonitatem, vt evitetur peccatum.

13 AD arg. alterius partis dicendum quod baptisimus est maioris necessitatis, quam alia sacramenta: & ideo baptizans in casu necessitatis potest excusari a peccato, plus quam ministrans alia sacramenta.

### QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum Christus secundum quod homo habuebat potestatem operandi interiorem effecit sacramentorum.

*Tho. 1. g. 54. art. 3.*

Circa secundum principale queruntur duo. Primum est de potestate Christi baptisimus institutis. Secundum est de potestate quam hominibus communicare potuit sed non comunicauit. Quantum ad primum queritur, utrum Christus secundum quod homo habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum. Et videtur quod sic. Primo per illud quod habuerit Mat. 9. Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, sed remissio peccatorum est interior effectus sacramenti, ergo Christus secundum quod filius hominis, habuit potestatem operandi interiorem effectum sacramenti.

2 Item nullus potest effectum sacramenti conferre sine sacramento, nisi ex se habeat potestatem super effectum sacramenti, sed Christus certe effectum sacramenti sine sacramento, vt patet in Magdalena & Petro: ergo videtur quod Christus secundum quod homo habuit potestatem operandi interiorem effectum sacramenti.

3 IN contrario est quod dicit Aug. quod in sacramentis diuina virtus salutem nostram secreta operatur, sed diuina virtus non est Christi secundum quod homo, sed secundum quod Deus, ergo Christus non operatur in interior effectum sacramenti secundum quod homo, sed secundum quod Deus.

4 RESPONSO. Scendum est quod triplex est potestas respectu effectus sacramentorum, scilicet autoritatis, excellentiae & ministerii. Potestas autoritatis est, quia aliquis propria virtute remittit culpam & confert gratiam. Potestas ministerii est per quam competit aliqui solum sacramentis ministrare. Potestas excellentiae est media inter duas, quia aliquid participat de autoritatis potestate licet non plene. Aliiquid vero de potestate ministerii, est secundum hoc patet quod Christus secundum quod homo non habuit, potestatem autoritatis, respectu effectus sacramentorum. Cuius ratio est, quia vt dicitur est, nullus habet taliter potestatem, nisi propria virtute possit conferre gratiam & remittere culpam, sed hoc non coperit nisi Deo, ergo non competit Christi secundum quod homo. Potestas autem excellentiae coperit Christo inquantum est homo. Cuius ratio est, quia instrumento coniuncto competit principialis a se & instrumento separato. Sed humanitas Christi est quasi instrumento coniunctum diuinitatis, inquantum in eodem supposito sunt diuinitas & humanitas, ergo actio Dei in sacramentis principialis & excellentius competit Christo secundum quod homo (quasi instrumento coniuncto) quam cuicunque homini puro, qui est quasi instrumentum separatum.

5 Hæc autem excellentia consistit in quatuor. Primo quia ex passione eius baptisimus efficaciam habet, non effectum, sed meritorum. Secundo quia instrumentum institutum. Tertio quia quandoq; effectum sacramenti sine sacramento tribuit. Quartò quia ad invocationem nominis eius baptisimus aliquo tempore collatus fuit, vt in primatua ecclesie ex causa superius dicta. Quod autem dicitur est quod Christus secundum potestatem excellentiae dedit quandoq; effectum sacramenti sine sacramento, intelligendum est per modum meriti, quia potestas autoritatis non competit ei inquantum fuit homo.

6 A D Argumenta. Ad primum dicendum quod filius hominis habuit in terra potestatem dimitendi peccata per autoritatem inquantum Deus; quod ostensum est, scilicet Christum esse Deum per curationem Paralyticorum, sed potestatem habuit inquantum homo per ministerium excellentiae, vt dicitur est.

7 Per

**Lib. III. Distinctio. VI.**

**7** Per idem patet ad secundum, quia quod Christus intulit effectum sacramenti sine sacramento, hoc potuit in quantum Deus, sed meruit in quantum homo.

**Q V A E S T I O Q V A R T A.**  
Vtrum Christus potuit dare hominibus potestatem dimitendi peccata.

*Tbo. 3. q. 64. ar. 4.*

**S**ecundum queritur vtrum Christus potuit dare hominibus potestatē dimitendi peccata. Et arguitur quod sic, quia plus est expellere dæmonem à corpore hominis, quam peccatum ab anima. Sed Christus potuit dare hominibus, & dedit potestatē expelli dæmones, ut dicitur Luc. 4, ergo potuit dare potestatē dimitendi peccata.

**2** Item Ioan. 20. Dicit Christus discipulis suis, accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, ergo dedit discipulis potestatē dimitendi peccata.

**3** IN contrarium arguitur, per illud quod dicitur in euangelio: Quis potest dimittere peccata nisi solus deus? sed illud quod comperit soli Deo non potest communicari puro homini, ergo &c.

**4** R E S P O N S I O. Circa questionem istam videntur duo. Primum est, quam potestatem Christus potuit communicare hominibus. Secundum est, quam potestatem eis communicavit.

**5** Q U A N T Y M ad primum sciendum est quod Christus non potuit comunicare hominibus potestatē autoritatis, quia illa non fuit eius nisi in quantum Deus. Nec potuit ipsi comunicari in quantum homo erat (ut dictum est) multominus ergo potuit comunicari homini puro. De potestate autem excellentiae quae sibi comunicata fuit, resinet cōmunicare p̄ eam hominibus comunicare potuit, sed non decuit. Primum probatur sic: Quicquid comunicatum est Christo in quantum est homo potest comunicari homini puro: sed p̄dicta potestas fuit cōmunicata Christo in quantum erat homo, ergo potuit comunicari homini puro. Minor patet, sed maior probatur, quia Deus potest nature humanae cōmunicare omne illud cuius ipsa capax est, sed natura humana capax est omnis perfectionis, qua cōmunicata est Christo secundum humanam naturam. Alioquin non fuisse ipsi cōmunicatum si natura nō fuisset capax; ergo &c. Potuit ergo secundum hanc opinionem cōmunicari aliqui puro homini p̄ meritum eius baptismū efficaciam tribueret, p̄ baptismū institueret, quod sine baptismū effectum baptismī tribueret, & quod ad invocationem nominis eius tribueretur baptismū. Istud tam non decuit, ne seruus in seruo ponetur spem salutis. Et ne multiplicaretur baptismū secundum multitudinem ministeriorum. In hoc autem dicto est vnum solum dubium, scilicet an poterit aliqui puro homini conferri quod meritum eius tribueret efficaciam sacramentū hoc enim nō videtur possibile, nisi dicatur quod pura creatura potuerit pro toto humano genere satisfacere. Cuius ratio est, quia cūm sacramenta sint sufficiētia remedia nostrā iūificationis, nullius personae meritum potest efficaciam tribuere sacramenta, nisi que potuit satisfacere pro omnibus peccatis. Si ergo illud primum potuit cōmunicari aliqui puro homini, videtur quod & secundum. Quid tamen sit verum circa hoc dicitur et lib. 3. distin. 20.

**6** Quicquid tamen sit de hoc, patet quod Christus nō cōmunicauit hominibus nisi potestarem simplicis ministerii ad dispensandum sacramenta que ipse instituit sicut Apost. dicit. 1. Corint. 4. Sic nos exsimet homo ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Et hoc dicit Aug. super Ioan. homil. 5. Et habetur in litera: quid nouerat Ioan. bap. dominum, quid vero non nouerat potestatem baptisini dominici in nullum hominem a domi no transiit, sed ministerium. In quo apparet secundum quod fuit propositum.

**7** AD primum argumentum dicendum quod Christus non dedit discipulis potestarem eiendi dæmones per modum autoritatis & quasi virtute propria, sed folum per modum ministerii orando & inuocando nomen Christi.

**8** Ad secundū dicendum quod illud Ioan. 20. quorū remi-

**Quæstio III.**

feritis peccata, &c. intelligitur solum de ministerio collatio discipulis in administratione sacramentorum.

**9** A R G U M E N T U M autem in oppositum loquitur, de potestate autoritatis quae nulli homini puro communicari potest.

**Sententia huius distinctionis. VI.**  
in generali & speciali.

**N**unc quibus licet baptizare. Superius Magister determinauit de baptismo per comparationem ad ministros. Hic determinat de eo quantum ad vium & solenitatem. Et diuiditur in quatuor partes. Primo determinat vium sacramenti baptismi quantum est ex parte baptizantium. Secundo quantum est ex parte baptizatorum. Tertio quantum ad ipsius sacramenti veritatem. Quartus quantum ad ritum sacramenti. Secunda ibi, Illud etiam ignorandum non est. Tertia ibi, Quare etiam solet si corrupere. Quarta ibi, agnoscendum est. Prima diuiditur in duas. Primo determinat de baptizantibus quantum ad gradum, quantum ad vium, & quantum ad fidei meritum. Secundo obicit contra predicta & soluit. Secunda ibi, Sed tamen nonnulli doctorum. Secunda pars principalis in qua determinat de viu baptisni quantum ad baptizatos diuiditur in duas partes. Primo determinat veritatem. Secundo ponit quandam obiectionem, & soluit. Secunda ibi, Si vero opponitur de Hieremias. Tertia pars principalis in qua determinat vium quantum ad veritatem ipsius sacramenti diuiditur in quatuor secundum quatuor que circa haec inquirit. Secunda incipit ibi, Præterea secundum est, ut dicit Leo Papa. Tertia ibi, Solet etiam queri de illo. Quarta ibi, Illud etiam non te moueat. Quarta pars principalis in qua determinat ritum sacramenti diuiditur in tres partes. Primo determinat ritum sacramenti quo ad tempus, Secundo quantum ad responsione patrinarum. Tertio quantum ad catechismum & exorcismum. Secunda ibi, Porro cuncti ad baptismum venientes. Tertia ibi, Illa autem interrogatio & responso. Et in hoc terminata diuisio lectionis & sententia in generali.

**2** IN speciali si procedit Magister. Et proponit primo quod solum sacerdotibus competit ex officio baptizare. Non sacerdotibus vero non competit nisi necessitate cogente: in quo casu & laicis, & mulieribus permittit ut baptizare. Subdit autem quod baptizati ab hereticis si iuxta formam ecclesie baptizati sunt, baptizandi non sunt, quia verum suscipiunt sacramentum, quamvis non sacramenti effectum, quod autoritatibus confirmat. Deinde obicit in contrarium autoritate Cypriani qui dicit, quod ab hereticis non possit tradi baptismus, & ab eis baptizatos rebaptizandos esse. Magister autem determinat hoc esse verum de his qui præter formam ecclesie baptizantur ab eis. Et dicit Cyprianum hoc quod dicit ex ignorantia dixisse, & non in hoc verum sensisse, sed secundum Augustinum eius ignorantia fuit purgata. Et de trina immersione subdit quod trina immersio propter mysterium trinitatis fit. Deinde queritur vtrum in materno vtero posset aliquis baptizari. Et determinat Magister quod non, quia non potest aliquis renaci antequam sit natus. Postea obicit in contrarium de Ioanne Baptista & Hieremias, qui fuerit in vtero sanctificati. Et responderet quod ista sanctificatio fuit præter legem communem. Et adducit Augustinum ambiguum loquenter qualis fuit sanctificatio Ioannis. Et vtrum in eo fuerit acceleratus rationis vius, an non. Deinde querit si corrupte proferantur verba, quae sunt forma baptismi, vtrum sit baptismus. Et responderet quod corruptione proueniens ex ignorantia proferentis verba, baptismus non viriat. Quod autoritatibus confirmat. Postea queritur vtrum sint baptizandi illi de quibus dubitatur, vel ignoratur vtrum sint baptizati. Et determinat quod sic non enim videtur iteratum, quod collatum esse nec sit. Deinde querit vtrum sit baptizatus, an non illi qui ioculando immersitur, inuocatio nomine trinitatis. Et responderet Magister quod non, quia haec intentio fuit ioculandi, & non baptizandi. Et ideo non est baptizatus. In baptismō enim, & in aliis sacramentis sicut debita forma seruanda est, ita intentio illud